



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 58. Legatorum responsum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

sunt, nec retardare, nec immutare, saltem vos rogamus, ut futuræ Sessionis diem nobis significetis; de ea enim Regem Christianissimum certiolem reddere iussus sum.

Sæc. XVI.  
A.C 1562.

II. A nostris Principibus missi sumus, ut Synodo faveamus, remque eo dirigamus, quatenus ibidem juxta bonum, & æquum procedatur, non autem dogmatum decisiones efflagitare iussi sumus, cum circa doctrinam nullus nostrum dubitet; nam omnes sumus Catholici, hasque disputationes absentibus illis, qui ejusmodi dogmata impugnant, superfluas esse censemus: præcipue ergo missi sumus, ut piam, sanctam, ac integram morum emendationem urgeamus: cum vero insuperhabitis nostris precibus experti simus, quod Patres præcipua, ac controversa doctrinæ capita deciderint, ac ferme nihil de reformatione egerint, hinc unaomnes petimus, ut sepositis iis, quæ hucusque discussa, ac decreta fuere, articuli magis necessarii, majorisque momenti proponerentur.

§. LVIII.

*Legatorum responsum.*

Itaque Legati, cum Sessionem, in qua de Sacramento Ordinis, & Matrimonii ageretur, prorogandi necessitatem com-

*Pallav. c. 8.*

*n. 9.*

*Mem. p. 294.*

com-



Sæcul. XVI comprehenderent, ita Oratoribus respon-  
A.C. 1562. debant : „ duodecima Novembris dies  
 „ præscripta est, ut hoc pacto Gallis satis-  
 „ fieret, cum ipsimet antea promississent,  
 „ ipsorum Præsules jam Mense Octobri  
 „ Tridentum venturos: de articulis au-  
 „ tem ibidem definiendis vos reddimus  
 „ certos, quod tam Papa, quam nos  
 „ summopere desideremus, ea omnia  
 „ quæ ad Dei honorem, ac Ecclesiæ suæ  
 „ utilitatem cederent, exequi, ac pro  
 „ viribus Principum votis annuere: in-  
 „ congruum autem foret ordinem huc-  
 „ usque in Synodo servatum interrump-  
 „ pere, vi cuius simul doctrinæ, & re-  
 „ formationis capita pertractabantur;  
 „ porro idem agetur, ubi primum de Sa-  
 „ cramento Ordinis, & postea de emen-  
 „ datione decreta promulgabuntur: ea  
 „ vero, quæ hucusque decisa sunt, non-  
 „ nisi rudis quædam delineatio videntur,  
 „ quæ postea magis elimabuntur: de ce-  
 „ tero nos omnes articulos ibidem pro-  
 „ ponendos lubenti animo sumus exce-  
 „ pturi, vehementer tamen miramur,  
 „ quod Galli nondum ad Pontificem ea  
 „ misissent, quæ in suo Possiacensi col-  
 „ loquio decreverant, ut a summo Pon-  
 „ tifice approbarentur. „ Accepto hoc  
 responso Oratores discesserunt.